



die libertatis, die Petőfi, cuius exemplum nobis semper imitandum videbitur, quem admodum<sup>23</sup> vir integer,<sup>24</sup> impavidus<sup>25</sup> tyrannidi resistere debeat, quemadmodum pro patria, pro libertate ne maxima quidem bona nimium cara habenda sint.

<sup>23</sup> miként <sup>24</sup> becsületes <sup>25</sup> rettenthetetlen.

### Carmen Gentis.

(Idibus Martiis anni 1848. scripsit Alexander Petőfi. — Latine reddidit Iosephus Irsik.)

Surge Hungre, surge<sup>1</sup> ad pugnam!  
Ecce tempus: nunc aut nunquam!  
Liberi an simus servi?  
Eligite; vult<sup>2</sup> decerni!<sup>2</sup> —  
Hungrùm Deo sacramentum<sup>3</sup>  
Facimus:  
Servitulem non feremus  
Amplius!\*  
Servi nos adhuc eramus...  
Avos orco<sup>4</sup> condemnamus;<sup>4</sup>  
Liberi qui mortui sunt,  
Servis<sup>5</sup> nobis<sup>5</sup> non quiescunt!  
Hungrùm Deo sacramentum  
Facimus:  
Servitulem non feremus  
Amplius!

Est vir nequam,<sup>6</sup> detestatus,<sup>7</sup>  
Mortem qui fugit vocatus;<sup>8</sup>  
Cui pluris<sup>9</sup> vilis<sup>10</sup> vita,  
Patriae<sup>11</sup> quam laus debita.

Hungrùm Deo sacramentum  
Facimus:  
Servitulem non feremus  
Amplius!


Fulget gladius prae<sup>12</sup> vinculis,  
Manibus decus<sup>13</sup> non vinctis:  
At nos vincla gestabamus...  
Ensem priscum rapiamus!  
Hungrùm Deo sacramentum  
Facimus:  
Servitulem non feremus  
Amplius!

Priscae famae par, decorum  
Nomen erit Hungarorum;  
Duris saeculis adhaerentes<sup>14</sup>  
Iam nos abluemus sordes!<sup>14</sup>  
Hungrùm Deo sacramentum  
Facimus:  
Servitulem non feremus  
Amplius!

\* N. B.! A refrain a közhasználatú dallamhoz így alakul:

Hungrùm Deo sacramentum  
Facimus, facimus:  
Servitulem amplius  
Non feremus, amplius,  
Amplius!

<sup>1</sup> Elisióval olvasd: *surg' an* <sup>2</sup> t. i. *quaestio* = a kérdés <sup>3</sup> eskü <sup>4</sup> pokolra kárhoztat <sup>5</sup> *abl. abs.* <sup>6</sup> semmirevaló, «sehonnai» <sup>7</sup> átkozott, «bitang» <sup>8</sup> t. i. a patriā, ha a haza hívja <sup>9</sup> t. i. *pluris est*, többet ér, «drágább» <sup>10</sup> értéktelen, «rongy» <sup>11</sup> *quam laus, quae patriae debetur* <sup>12</sup> -hoz, -hez képest <sup>13</sup> ékessége a karoknak <sup>14</sup> a rátapadt gyalázatot



### De providentia divina.

Vixit quondam senex piissimus, qui per saepe meditabatur,<sup>1</sup> quomodo tot tantaque iniuriae fieri possent, quamquam<sup>2</sup> Deus rebus humanis provideret. Et ecce! uno die<sup>3</sup> iuvenis quidam ignotus domum eius intravit et «Vis-ne tibi<sup>4</sup> — inquit — persuadere,<sup>4</sup> providentiam divinam re vera existere? Veni mecum!»


Primo die in villam cuiusdam divitissimi viri deverterunt,<sup>5</sup> qui eos libentissime hospitio excepit.<sup>6</sup> Postero die adulescens in itinere seni nostro calicem<sup>7</sup> monstravit, quem a divite furatus est. Senex valde indignatus est socium itineris tali modo providentiam demonstrare velle.

Altero die apud hominem quendam avarissimum deversati<sup>8</sup> sunt, qui mansionem<sup>9</sup> supplicantibus in stabulo dedit. Senex maxime admiratus est, cum iuvenis mane huic avaro hero<sup>10</sup> calicem a divite ablatum donavit. Vespere tertii diei casam pauper-

<sup>1</sup> elmékedik <sup>2</sup> annak ellenére, hogy... <sup>3</sup> egy napon <sup>4</sup> meggyőződik <sup>5</sup> betér <sup>6</sup> megvendégel <sup>7</sup> kehely <sup>8</sup> beszáll <sup>9</sup> éjjeli szállás <sup>10</sup> házigazda

*Inque<sup>15</sup> tumulos nostrorum  
Se prosternent sepulcrorum  
Fausta<sup>16</sup> posteri precantes,  
Sanctos nos glorificantes.  
Hungrum Deo sacramentum  
Facimus:  
Servitatem non feremus  
Amplius!*

<sup>15</sup> in tumulos sepulcrorum nostrorum prosternent se  
posteri fausta precantes . . . <sup>16</sup> fausta precor áldó  
imádságot mond.



**LECTORIBUS MINIMIS.**

### Argonautae. III.

Argonautae Phineum rogaverunt, ut se de itinere suo edoceret.<sup>1</sup> Vir caecus respondit se id facturum esse, si ipsum a Harpyis liberarent.

Cum igitur Harpyae volantes appropinquarent, Zetes et Calais, Boreae filii, quia alati<sup>2</sup> erant, gladiis strictis<sup>3</sup> eas persecuti<sup>4</sup> sunt et sic Phineum liberaverunt. Hic igitur miseriam<sup>5</sup> liberatus Argonautis de itinere exposuit<sup>6</sup> et imprimis de Symplegadibus. Hae enim erant rupes<sup>7</sup> altissimae, in introitu<sup>8</sup>

culam ingressi benignissime a domesticis<sup>11</sup> excepti sunt, immo cubiculum<sup>12</sup> unum hospitibus traditum est. Et nunc quid factum est? Iuvenis tugurium<sup>13</sup> accendit, qua re senex maxime exacerbat<sup>14</sup> est. Taciti iter continuaverunt et sole occidente hospitio viri quarti usi sunt. Et scitisne, quomodo iuvenis gratiam retulerit?<sup>15</sup> Patris familias filium, qui a patre comes datus erat, in flumen protrusit.<sup>16</sup>

His factis senex non potuit se porro continere et exercere<sup>17</sup> et domum reverti voluit. Et en<sup>18</sup> forma faciesque iuvenis momento temporis mutatae sunt, vestimenta eius fulserunt et ait: «Tu nisi<sup>19</sup> ea, quae acciderant, vidisti; ego tibi nunc exponam, cur

Ponti<sup>9</sup> sitae, quae magna vi inter se collidebantur<sup>10</sup> et ita mare claudebant, ut ne aves quidem per eas volare possent.

Postquam igitur ad eas pervenerunt, palumbem,<sup>11</sup> sicut ille suaserat, emiserunt. Huic pervolanti rupes collidentes extremam partem caudae<sup>12</sup> absciderunt.<sup>13</sup> Itaque expectaverunt, donec rupes recederent;<sup>14</sup> deinde autem maximo studio remigantes<sup>15</sup> aegre per angustias<sup>16</sup> penetraverunt.<sup>17</sup> Symplegades autem ex illo tempore immotae<sup>18</sup> steterunt.

Postquam Argonautae in Colchidem pervenerunt, Iason ivit ad Aetlam eumque rogavit, ut sibi vellus aureum daret. Ille dixit se daturum esse, si Iason tauros<sup>19</sup> aënipedes<sup>20</sup> et ignivomos<sup>21</sup> sub iugum<sup>22</sup> duxisset et draconis<sup>23</sup> dentis sevisset.<sup>24</sup> Hunc adiuvit Medea, filia Aetae, maga.<sup>25</sup> Nam dedit ei unguentum<sup>26</sup> et imperavit, ut eo scutum<sup>27</sup> et hastam<sup>28</sup> et corpus lineret.<sup>29</sup>

Cum ille hoc fecisset, facile tauros sub iugum duxit. Deinde dentes draconis sevit. Cum autem e terra viri armati prosilissent,<sup>30</sup> sicut Medea ei praedixerat, lapides<sup>31</sup> clam<sup>32</sup> inter eos iecit, sicut ea suaserat. Hac

1 fölvilágosít 2 szárnyas 3 kirántott 4 üldöz  
5 nyomorúság 6 fölvilágosítást ad 7 szikla 8 bejárt  
9 Fekete-Tenger 10 összecsap 11 vadgalamb 12 fark  
13 levág 14 visszahúzódik 15 evez 16 szoros 17 átlátol  
18 mozdulatlan 19 bika 20 aenipes érc lábú  
21 tűzhányó 22 iga 23 sárkány 24 sero vet 25 varázslónő  
26 kenőcs 27 pajzs 28 lándzsa 29 megken  
30 kiugrik 31 lapis kő 32 titkon

haec fecerim. Calicem a primo hero surripui,<sup>20</sup> nam calix veneno<sup>21</sup> illitus<sup>21</sup> erat; et avaro tribui, ut ille avaritiae suae poenam daret;<sup>22</sup> casam pauperis illius accendi, nam novam aedificaturus in fundamento veteris thesaurum inveniet; puerum denique in aquam deieci, cum enim nequam<sup>23</sup> evasurus esset. Videturne iam tibi esse providentia divina?» His dictis iuvenis e conspectu ablat<sup>24</sup> est, senex autem animo tranquillo in domicilium suum revertit.

*Georgius Apponyi comes.*

11 házbeli 12 szoba 13 viskó 14 elkeseredik, felbőszül  
15 meghálál 16 letaszít 17 türtőzteti magát  
18 ime! 19 csak 20 elcsen 21 megmérgez  
22 meglakol 23 gazember 24 eltűnik.


re illi irati inter se tam vehementer pugnant, ut facile ab Iasone interficerentur.

Quamquam autem Iason omnia perfecerat, quae ei mandata erant, tamen Aeetes vellus aureum non dedit, sed navem comburere<sup>33</sup> et Argonautas interficere voluit. Sed Medea clam Iasonem in lucum<sup>34</sup> illum, in quo vellus aureum erat, duxit et draconem, qui illud custodiebat, sopivit.<sup>35</sup> Sic Iason facile potitus<sup>36</sup> est vellere et cum eo in Graeciam rediit.

### Verba publica.

Otium<sup>37</sup> cum dignitate.<sup>38</sup> — Ovem committit<sup>39</sup> lupo. — Pallida<sup>40</sup> mors aequo<sup>41</sup> pulsata<sup>42</sup> pede<sup>43</sup> pauperum tabernas<sup>44</sup> regumque tures.<sup>44</sup> — Panem et circenses.<sup>45</sup> — Pares<sup>46</sup> cum paribus congregantur.<sup>47</sup> — Par nobile fratrum. — Par pari refers.<sup>48</sup> — Parturiunt<sup>49</sup> montes, nascetur ridiculus<sup>50</sup> mus.\* — Pater, peccavi. — Patriae solum<sup>51</sup> omnibus carum est. — Paulo<sup>52</sup> maiora canamus. — Paupertas tolerabilis<sup>53</sup> est, si ignominia<sup>54</sup> absit. — Pax vobiscum. — Pendet filo.<sup>55</sup> — Per angusta<sup>56</sup> ad augusta.<sup>57</sup> — Per aspera<sup>58</sup> ad astra.<sup>59</sup>

<sup>33</sup> eléget <sup>34</sup> berek <sup>35</sup> elaltat <sup>36</sup> hatalmába kerít (mit ? abl.) <sup>37</sup> nyugalom <sup>38</sup> méltóság <sup>39</sup> rábiz <sup>40</sup> sápadt <sup>41</sup> egyformán <sup>42</sup> ver <sup>43</sup> kunyhó <sup>44</sup> «palota» <sup>45</sup> cirkuszi játékok (a római tétlen csöcselék kiáltása) <sup>46</sup> egyenlő <sup>47</sup> társul (suba subával) <sup>48</sup> viszonzoz (szeget szeggel) <sup>49</sup> vajudik <sup>50</sup> nevetséges <sup>51</sup> föld <sup>52</sup> kevéssel (valamivel) <sup>53</sup> tűrhető <sup>54</sup> gyalázat <sup>55</sup> fonal (hajszálon függ) <sup>56</sup> szükség <sup>57</sup> fenséges <sup>58</sup> meredek <sup>59</sup> csillag.




Rex noster Societati Iuris<sup>1</sup> Studiosorum<sup>1</sup> Gymnicae, quae hoc anno certamen glandibus<sup>2</sup> in<sup>2</sup> orbes<sup>2</sup> mittendi<sup>2</sup> positura<sup>3</sup> est,<sup>3</sup> quin-quaginta aureos<sup>4</sup> misit. Pro regis praemio certari non poterit, nisi scolopetis<sup>5</sup> in exercitu Hungarico et Austriaco usitatis.<sup>6</sup> Locus certaminis erit in palaestra<sup>7</sup> iaculandi,<sup>7</sup> quam instituit Nicolaus Szemere in praedio<sup>8</sup> suo Szentlőrinciano.

Follibus<sup>9</sup> pugnavit Circulus Gymnicus Vindobonensis cum Societate Gymnica Budapestinensi. Hospites bis in nostrorum portam follem iniecerunt, cum nostris semel tantum contigisset<sup>10</sup> portam adversam expugnare. Ingens vis hominum, qui spectaculo<sup>11</sup> intererant, virtute et in adversariis<sup>12</sup> honoratā, Vindobonensibus acclamaverunt.<sup>13</sup>

<sup>1</sup> jogászok <sup>2</sup> célbalövés <sup>3</sup> rendez <sup>4</sup> arany <sup>5</sup> puska <sup>6</sup> használatos <sup>7</sup> lövőház <sup>8</sup> birtok <sup>9</sup> (rúgó) labda <sup>10</sup> sikerül <sup>11</sup> játék <sup>12</sup> ellenfél <sup>13</sup> üdvözöl.



Bague, praefectus militum Gallicus Nicaea<sup>1</sup> in Cynnum<sup>2</sup> insulam volaturus erat, sed vento adverso coactus volatum flexit<sup>3</sup> et pervenit Urgonem<sup>4</sup> insulam, quae iam



Italiā tenetur. Itinere septem horarum Bague ducenta et novem chiliometra confecit. Aëronauta cum monoplane aliquid detrimenti<sup>5</sup> cepit,<sup>5</sup> sed iam refectus<sup>6</sup> est.


Aeroplanum, cui nomen est Albatros, prope Augustam Taurinorum<sup>7</sup> ex mille nongentorum metrorum altitudine delapsum est. Deo favente aëroplanum in arbores decidit, itaque sex vectores,<sup>8</sup> quamquam vulnerati, tamen vivi evaserunt.<sup>9</sup>

Renaux aëronauta accepit praemium Michelinum, quod est centum millium fran-

<sup>1</sup> Nizza <sup>2</sup> Corsica <sup>3</sup> megváltoztat <sup>4</sup> Gorgona <sup>5</sup> sérülést szenved <sup>6</sup> helyrejön <sup>7</sup> Torino (Turin) <sup>8</sup> utas <sup>9</sup> megmenekül

corum, Parisiis Augustonemetum,<sup>10</sup> iter trecentorum et quadraginta chiliometrorum 5 horis 10 sexagesimis perfecit, singulis horis octoginta quinque chiliometra. Augustonemeti aede<sup>11</sup> circumvolata in montem Puy-de-Dome aeroplano subvolavit.

<sup>10</sup> Clermont-Ferrand <sup>11</sup> templom.



Qui a<sup>1</sup> bibliothecis<sup>1</sup> sunt,<sup>1</sup> verentur,<sup>2</sup> ut copiam ingentem librorum, qui in dies conficiantur, tempore<sup>3</sup> procedente<sup>3</sup> collocare<sup>4</sup> possint. Iam viris doctis in animis erat libros antiquos, qui parvi<sup>5</sup> pretii<sup>5</sup> viderentur, delere. Hoc autem consilium vix perfici potest, quia haud facile praedixeris, quis liber hominibus<sup>6</sup> litteratis<sup>6</sup> carus, quis levis futurus esset. Duo igitur docti Belgae libros, bibliothecis destinatos<sup>7</sup> lucis<sup>8</sup> operā<sup>8</sup> ad<sup>9</sup> modum<sup>9</sup> minimum<sup>9</sup> redactos<sup>9</sup> expresserunt.<sup>8</sup> Qui hos libellos minutos lecturus est, quadraturam<sup>10</sup> vitream<sup>10</sup> in laternā, quae dicitur magica, collocatam in<sup>11</sup> linteum<sup>11</sup> mittit.<sup>11</sup> Litterae in quadratura quam minimae sunt, sed huius rei remedium in orbiculo<sup>12</sup> machinae acerrimo<sup>13</sup> reperiri potest. Quamquam haec bibliothecarum augendarum ratio ingeniosa<sup>14</sup> videtur, tamen haud speramus fore, ut eā brevi tempore mos pristinus libros colligendi tollatur.<sup>15</sup>

<sup>1</sup> könyvtárosok <sup>2</sup> fél <sup>3</sup> időhaladtával <sup>4</sup> elhelyez  
<sup>5</sup> csekély értékű <sup>6</sup> tudós <sup>7</sup> szán <sup>8</sup> fotografál <sup>9</sup> igen  
kis méretben <sup>10</sup> üveglemez <sup>11</sup> vászonra vetít <sup>12</sup> üveg-  
lencse <sup>13</sup> éles <sup>14</sup> szellemes <sup>15</sup> megszüntet.



In nonnullis civitatibus de urendis<sup>1</sup> mortuis lege sancitum est.<sup>2</sup> Propediem<sup>3</sup> ad Borussiae conventum<sup>4</sup> referetur<sup>5</sup> de hac re.

Cuiusque arbitrio<sup>6</sup> permissum erit testamento relinquere, quid post mortem de suo corpore fieri velit. Iniussu<sup>7</sup> testatoris<sup>8</sup> non licebit corpus urere.

Landsdowne, unus e proceribus<sup>9</sup> Britanniae Rembrandtii picturam, quae «pistrinum<sup>10</sup> exprimit, rei<sup>11</sup> publicae<sup>11</sup> suae venditavit.<sup>12</sup> Americanus quidam picturam centum millibus librarum<sup>13</sup> pondo<sup>13</sup> (quinquies<sup>14</sup> et vicies<sup>14</sup> centena<sup>14</sup> millia<sup>14</sup> coronarum) empturus est, sed vir illustrissimus<sup>9</sup> eam utique<sup>15</sup> in Britannia retinere vult. Quod ut fieri possit, fodinarum<sup>16</sup> possessor,<sup>16</sup> nomine Beit, quadraginta quinque millia, Landsdowne ipse quinque millia librarum pondo in publicum<sup>17</sup> contulit.<sup>17</sup>

Adalbertus Apponyi comes, quondam summus<sup>18</sup> rerum<sup>18</sup> ecclesiasticarum<sup>18</sup> nec<sup>18</sup> non<sup>18</sup> scholasticarum<sup>18</sup> praefectus,<sup>18</sup> qui per Civitatum<sup>19</sup> Foederatarum<sup>19</sup> urbes maximas iter faciens de rebus nostris disserit, ubique cum plausu<sup>20</sup> clamoribusque<sup>20</sup> excipitur. Nunc a Pacis Societate (Peace Society) Britannica rogabatur, ut in annuo<sup>21</sup> coetu<sup>21</sup> summo,<sup>21</sup> cui mense Maio praefectus<sup>23</sup> civium<sup>22</sup> Londinensium<sup>22</sup> praefuturus esset, orationem sollemnem<sup>23</sup> haberet.

Britannus, nomine Sane, picturam Tiziani, quae «Iuvenem pileolo<sup>24</sup> rubro» significat, septingentis et viginti millibus coronarum vendidit mercatori<sup>25</sup> tabularum.<sup>25</sup> Sane eandem picturam anno 1876. duobus millibus coronarum emerat.

Ab alumnis gymnasii Evangelicorum (VII., Fasor) VI., V. et IV. Cal. Apr. in aula<sup>26</sup> scholae res, partim collectae,<sup>27</sup> partim ab ipsis fabricatae, quae antiquarum litterarum studia spectant,<sup>28</sup> propalam<sup>29</sup> collocabuntur.<sup>29</sup> Singulis diebus, horā mediā sextā p. m. imaginibus<sup>30</sup> in<sup>30</sup> linteum<sup>30</sup> proiectis<sup>30</sup> pauca<sup>31</sup> verba<sup>31</sup> fient.<sup>31</sup> Ad haec spectanda audienda-

<sup>1</sup> éget <sup>2</sup> rendelkezik <sup>3</sup> legközelebb <sup>4</sup> országgyűlés  
<sup>5</sup> javaslatot tesz <sup>6</sup> tetszés <sup>7</sup> meghagyása nélkül <sup>8</sup> vég-  
rendelkező <sup>9</sup> főnemes, lord <sup>10</sup> malom <sup>11</sup> az állam  
<sup>12</sup> kínál <sup>13</sup> font (sterling, körülbelül 24 K) <sup>14</sup> 2,500.000  
<sup>15</sup> mindenképen <sup>16</sup> bányatulajdonos <sup>17</sup> följánál  
<sup>18</sup> vallás- és közoktatásügyi miniszter <sup>19</sup> Egyesült  
Államok <sup>20</sup> nagy lelkesedéssel <sup>21</sup> rendes közgyűlés  
<sup>22</sup> lordmayer <sup>23</sup> ünnepi <sup>24</sup> sapka <sup>25</sup> képkereskedő  
<sup>26</sup> díszterem <sup>27</sup> gyűjt <sup>28</sup> vonatkozik <sup>29</sup> kiállít <sup>30</sup> vetít  
tett képekkel <sup>31</sup> rövid előadások lesznek

que socii IUVENTUTIS invitantur. — Tesserae,<sup>32</sup> quae tribus diebus valent, 50, unius vero introitus<sup>33</sup> tesserae 30 nummulis<sup>34</sup> ve-neunt.

**Antonius Fogazzaro**, unus illustrissimorum Italiae scriptorum aetatis anno undeseptuagesimo Vicentiae vitā decessit. Longa est series<sup>35</sup> fabularum Romanensium et poëmatum, quibus sibi Fogazzaro maximam paravit gloriam. Notissimum opus est «Sanctus» (Il Santo), quod etiam in sermonem nostrum convertebatur.

**In Russiae** urbe Bologoje in spectaculo cinematographico ignis ortus est, quo plus quam centum spectatores consumpti sunt. Octoginta corpora semiusta iam proferebantur, quadraginta desiderantur.<sup>36</sup>

<sup>32</sup> jegy <sup>33</sup> belépés <sup>34</sup> fillér <sup>35</sup> sor <sup>36</sup> hiányzik.

## Quo vadis? IV.

Ad fabulam *Henrici Sienkiewiczii* latine scripsit *Adalbertus Danczer*.

Inter haec horae aliquot iucundissimae effluebant et sol iam supra montem Ianiculum occasurus erat; Petronius abeundi tempus iam adesse ratus<sup>1</sup> una cum Vinicio salute<sup>2</sup> datā<sup>2</sup> invicem<sup>2</sup> redditāque<sup>2</sup> lecticam ascendens in domum quisque suam se ferri iusserunt.

Die postero Petronius sub vesperum in Palatium<sup>3</sup> se<sup>4</sup> contulit<sup>4</sup> ibique cum Nerone de variis rebus familiariter collocutus est...

Triduo<sup>5</sup> post praetoriani<sup>6</sup> duce centurione in Vico Patricio ante domum Plautii apparebant.<sup>7</sup>

Ut<sup>8</sup> tunc erant tempora incerta et turbulenta, tales nuntii plerumque luctum mortemque portendebant.<sup>9</sup> Cum vero praefectus<sup>10</sup> atrii<sup>10</sup> milites adesse domino nuntiasset, tota familia subito incredibili terrore est affecta. Omnes duci quondam<sup>11</sup> belli intrepido atque insigni circumfundebantur.<sup>12</sup> Nemini dubium erat, quin illi solo periculum immineret.<sup>13</sup> Uxor manibus collum mariti complexa<sup>14</sup> lacrimans ad eum se<sup>15</sup> applicabat,<sup>15</sup> Lygia cadaverosa<sup>16</sup> lacrimis obortis manus eius exosculabatur, Aulus vero parvulus Lygiae manum prensabat.<sup>17</sup> Etiam servi servaeque vehementer flere et clamare coeperunt.

Dux ipse veteranus, qui iam toties in summo discrimine<sup>18</sup> versabatur mortique saepissime vicinus erat, nunc statuae<sup>19</sup> marmoreae<sup>19</sup> similis ne se commovere quidem potuit; sed mox uxorem suosque dolori<sup>20</sup> temperare<sup>20</sup> silentiumque fieri iussit.




Deinde atrium intravit, ubi eum centurio — Caius Hasta, qui olim ei subditus<sup>21</sup> in bello Britannico erat — exspectavit.

— Salve imperator! Salutem Caesaris<sup>22</sup> tibi nuntio, praeceptaque<sup>23</sup> eius per litteras tibi trado.

— Animo grato exaudio salutationem Caesaris, imperataque statim diligenter perficiam,<sup>24</sup> — respondit Plautius. — Tu quoque Hasta salve! Sed quid est, quod Caesar, ut exsequar, per te mihi praecipit?

— Caesar augustissimus comperit,<sup>25</sup> in

1 vélté 2 kölcsönös üdvözlések után 3 a császári palota 4 ment 5 három nap múlva 6 a császári testőr 7 megjelenik 8 tekintve, hogy... 9 jelent 10 az atriumban felügyelő rabszolga 11 egykori 12 körülfogja 13 fenyeget 14 megölel 15 hozzásimul 16 halotthalványan 17 szorongat 18 veszély 19 márványszobor 20 fájdalmát mérsékli 21 alárendelt 22 a császár 23 rendelet 24 teljesít 25 megtud



domo tua filiam regis Lygiorum commorari,<sup>26</sup> quae iam tempore divi Claudii Romanis obses<sup>27</sup> data est. Nero Caesar tibi gratias vel maximas pro vestra erga illam adhuc benevolentiam agit, sed non amplius iam ut vobis molesta<sup>28</sup> sit, patitur, putatque obsidem magis Caesaris senatusque curae custodiaeque esse mandandam;<sup>29</sup> igitur illam ex templo<sup>30</sup> in manus meas tradi iubet.

Plautius ut<sup>8</sup> erat vir militaris civisque Romanus, cognitum<sup>31</sup> habuit<sup>31</sup> huic praecepto nullo<sup>32</sup> pacto<sup>32</sup> resisti<sup>33</sup> posse, nihilo minus ira dolorque in vultu eius apparebat, sed mox tranquillitatem animi simulans.<sup>34</sup>

— Subsistas<sup>35</sup> paulisper Hasta — inquit — donec puellam tibi dedam.<sup>36</sup>

— Nec mortis, nec exilii periculum nobis impendet<sup>37</sup> — dixit Aulus familiae, in oeco<sup>38</sup> opperienti<sup>39</sup> — attamen cum magna familiae nostrae calamitate venit centurio. De te enim agitur<sup>40</sup> Lygia.

— De Lygia? — exclamavit Pomponia obstupefacta.

— Ita — respondit Aulus ad puellam conversus. — Compertum habes<sup>41</sup> te non nostram esse filiam, quamquam te semper, ut nostram caram<sup>42</sup> habebamus.<sup>42</sup> Te obsidem<sup>27</sup> nobis datam esse iusque curae custodiaeque penes<sup>43</sup> Caesarem<sup>43</sup> esse, qui nunc te a nobis reposcit et in domum suam duci iubet. Caesari resistere non licet.

— Mater mea, mater mihi carissima! — exclamavit Lygia lacrimans et singultans.<sup>44</sup>

Aulus quoque perturbationem<sup>45</sup> animi<sup>45</sup> vehementissimam dissimulare<sup>46</sup> vix potuit.

Pomponia in cubiculum<sup>47</sup> duxit puellam.

— Noli desperare, — inquit — filia mea; etiam in domo Neronis, quae est sedes scelestorum, turpitudinum,<sup>48</sup> Deus noster te ab omnibus malis servabit.

Lygia iterum atque iterum amplexa Aulum et Pomponiam, Plautio parvulo, magistro suo Graeco nec<sup>49</sup> non<sup>49</sup> servis vale<sup>50</sup> dixit<sup>50</sup> et iam iam abitura erat, cum repente servus quidam Lygius robustus, fortis, audax, nomine Ursus ad pedes Pomponiae et Lygiae se<sup>51</sup> proiecit.<sup>51</sup>

— O domina, concede quaeso, ut mihi filiam regis mei in Palatium sequi liceat, ubi ei servus idemque custos sim. Per Deum

vivum iuro, me illam nunquam deserturum,<sup>52</sup> quocumque casu<sup>53</sup> tacta<sup>53</sup> foret.

Concedente<sup>54</sup> centurione Ursus et aliquot servae Lygiam in Palatium sequebantur.

<sup>26</sup> tartózkodik <sup>27</sup> kezes <sup>28</sup> alkalmatlan <sup>29</sup> átad <sup>30</sup> legott <sup>31</sup> tud <sup>32</sup> semmiképen <sup>33</sup> ellentáll <sup>34</sup> tettet <sup>35</sup> megáll <sup>36</sup> átad <sup>37</sup> fenyeget <sup>38</sup> a terem <sup>39</sup> várakozik <sup>40</sup> van szó <sup>41</sup> biztosan tud <sup>42</sup> szeret <sup>43</sup> a császár kezében <sup>44</sup> zokog <sup>45</sup> lelki tusa <sup>46</sup> titkol <sup>47</sup> szoba <sup>48</sup> aljasság <sup>49</sup> és (két latin tagadás) <sup>50</sup> búcsút mond <sup>51</sup> leveti magát <sup>52</sup> elhagy <sup>53</sup> eset éri <sup>54</sup> engedelmevel.



Vinum potavit<sup>1</sup> discipulus, ad cenam vocatus, et saepius dicitabat: — Vinus bonus, vinus bonus.

Nunc dominus vinum melius apportavit, quo gustato<sup>2</sup> discipulus dixit:

— Vinum bonum, vinum bonum!

— Cur dixisti modo male et nunc bene? — interrogavit dominus cenae.

— Quale vinum, tale Latinum! — respondit discipulus.

*Ioannes Szűnyog.*

**Sigismundus**, rex Hungariae consiliario<sup>3</sup> usus est Georgio Fiscello, viro docto, quem et equestri dignitate ornavit. Is unā cum rege ad concilium Basiliense<sup>4</sup> profectus, cum aliquamdiu<sup>5</sup> dubitasset, utrum medicorum<sup>6</sup> sive iurisconsultorum,<sup>7</sup> an vero equitum collegio<sup>8</sup> sese aggregaret,<sup>9</sup> tandem inter nobiles honoratiores<sup>10</sup> consedit.

Rex ibi hominem conspicatus,<sup>11</sup> Te stultum, — inquit — qui milites sive nobiles doctis praeferendos<sup>12</sup> censes!<sup>13</sup> Mihi quidem e gregariis<sup>14</sup> militibus<sup>14</sup> vel mille nobiles et equites uno die creare<sup>15</sup> facile est; at vel mille annis unum doctorem non faciam.


*C. Fráter.*

**Pater:** Scisne iam scribere, legere?

**Filius:** Scribere scio, sed legere nondum.

*V. Marian.*

<sup>1</sup> iddógál <sup>2</sup> izlel <sup>3</sup> tanácsos <sup>4</sup> Basel <sup>5</sup> egyideig <sup>6</sup> orvos <sup>7</sup> jogász <sup>8</sup> testület <sup>9</sup> csatlakozik <sup>10</sup> tekintélyes <sup>11</sup> meglát <sup>12</sup> többre becsül <sup>13</sup> ítél <sup>14</sup> közkatona <sup>15</sup> kinevez



I.

Est numerus trium notarum.<sup>1</sup> Summa notarum est 13. Si permuto notam primam et secundam, numerus accrescit<sup>2</sup> ducentis et septuaginta. Si permuto notam primam notā ultimā, haec summa accrescit trecentis nonaginta et sex.

I. L. Nagy.

II.

Dictio<sup>3</sup> tota facit florem: primāque remotā Litterulā, Phrygii moenia regis erant.

III.

Notus	novus	ratus	parvus
antiquus	eruditus	obscuritas	nullus
clamat	immodestus	inducit	dissimilis
sobrius	abire	velle	claudit
fletus	ebrius	celer	implicat.

Pro his 20 vocabulis contraria ponantur. Contrariorum primae litterae verbum publicum notissimum reddunt.

L. Éder.

IV.

Agricola quidam habet pratam, quod uno die demetere vult; habet coronas 20, quibus operarios 20 — viros, feminas et pueros — conducit. Solvit viris coronas trinas, feminis coronas binas et pueris binis coronas singulas. Quot viros, feminas et pueros conduxit?

L. Zoufaly.

V.

A. Gusieille.

a	a	l		t	f	t
a		i	n	qu		r
t	c	m		o	a	i
		g		N		
s	m	o		u	n	i
n		i	i	t		p
n	m	o		s	l	a

<sup>1</sup> számjegy <sup>2</sup> nő <sup>3</sup> szó.

VI.

Z. Hajós.

BA  
—  
OLES

Solutiones aenigmatum numeri 13.


I. Unus avus A., una avia C., duo patres A. et F., duae matres B. et C., tres liberi F. D. E., duo nepotes D. et E., unus frater D., una soror E., duo filii D. et F., una filia E., bis bini coniuges A. C. et F. B., unus socer A., una socrus C., una nurus B. — Ergo sex ad mensam sedebant.



A. B. C. D. E. F.

II. Roma, Olim, Milo, Amor.  
III. Viribus unitis. IV.  $A = 30$  gr.,  $B = 20$  gr.,  $a = 12$  gr.,  $b = 18$  gr.

Recte dissolverunt aenigmata: G. Apponyi comes, E. Auer, C. Balla, C. Beöthy, A. Burger, Cheminaud, (La Roche, Vendée), F. Dalnoki, I. Dicenty, I. Dvihalý, L. Éder, F. Enten, E. Finka, R. Fleischer, F. Fristaczky, A. Geist, L. Gottlieb, Z. Grósz (alia occasione, mi filii, in scribendo atramento utere), A. Gusieille, Gyulanus quidem sine nomine, I. Gyurovics, E. Haas, Z. Hajós, L. Helmrich, Aug. Horay, L. Kármán, C. Keifes, E. Kiss, F. Korányi, Lamic (La, Roche Vendée), Au. Ligeti, A. Maksay, M. Masirevits, C. Muraközy, I. L. Nagy, C. Novotny, P. C. Peltenburg (Soeterwoude, iuxta Lugdunum Bat.), G. Péteri, Eug. Rátz, A. Révffy, F. Rosner, C. Radó, I. Sorger, A. Spiegel, E. Strecke, D. Sváb, A. Száz, E. Szánthó, L. Szántó, I. Szúnyog, D. Takácsy, fratres Totis, St. Trájer, D. Vidats, I. Vitéz, A. Wahlner, L. Weber, A. Weisz, P. Winkler, St. Wladimir, Eug. Zala, L. Engel, M. Fürst, I. Gruber, M. Gusseck (Gratium), Lévaensis gymnasii cl. VIII., L. Lichtschein (taeterrime scribis!), fratres Naschitz, B. Reichman, E. Sarlai, Yves Fouyé (Orléans).  
Praemium Andreae Nagy adiudicatum est.



R. L. «De rebus quae non intelligit» est mendum preli, ut recte censes. — E. Haas. Ira dedecet iuventutem. — F. M. Tuis assidue fere utor. — Ladislaus L. Losonc. Tua iam prodierunt. — A. Maksay. Ingeniosum, sed difficile. — G. Pétery et E. Kiss. Contrarium superiorum. — F. Woititz. Nemo te impellit, ut aenigmata facias. — De reliquis proxime.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.